Ad Quodlibetariam

Quaestio Medica.

Matutinis Excutienda disputationibus In scholis medicorum die Jouis 22ª Januarij : Clariss. viro D. M. Jacobo D'Amboyse doctore Med. Reg. moderatore prudentiss. 270

An Phthisi sit In lacte Praesidium?

Pulmo trium vasorum contextu, mollique, sua absoluta: spirandi officina, ducendi aëris, reddendique, quam proprio motu, quem haustum cordi conficit, ut innatus calor refrigeretur, et vitalis spiritus tanquam pabulo foveatur: quocunque contractas labis vitia per patentes ductus facile impetitur. Contrahit autem sui ipsius damnosa contagione, latente ab ipso orto vitio, et offenso proprio vasis ruptis, apertis vel sanguine, hinc aestivae, illinc brumalis pleuritidis. Vel undique circumstantium humorum affluxu: vel crebris e capite distillationibus, vel per impluvium prono ductu in illum irruentibus eius solum.

Undecunque collecta aeris mala, quae huiusmodi non est, pulmonis corpus exedit, hinc vel solius acrimoniae sobole, quod saniem, mox pus sordidum, tetrum, putidumque; vaporem exhalat; unde febris, quae cordis primum mox reliquarum omnium partium, in quas ab illo diffunditur substantiam obsidet; et sensim, sine sensu altius infigitur, solida quoque depascens, donec corporis totius extenuatio consequatur.

Phthisis haec, his se prodit indiciis. Vitalium partium vi depravata, tussis vehemens, absque dolore, cum spirandi difficultate fatigat. Excretionum proventus est insolens: sanguis (interdum nullus) paucus, plurimus, qui citra periculum etiam profunditur: mala purulenta quandoque; Qualitas mutata in calore mordaci circa thoracem maxime nulla ~~profunditur~~ excernitur, si in aquam subsidat fundo: in ignem, foetorem exhibet. Adolescentes, et iuvenes, pueris et senibus; coelibes, vel uxoribus [illegible] ad [illegible]. Livescit facies, quae mox a cibo rubicundior evadit. Non secus qui angustiore sunt pectore, quam ampliore; et qui prolixo collo, quam breviore vitiis [illegible] phthisim sunt procliviores.

Nascentem affectum molitur summa praecautio, quam [illegible] curatio [illegible], quam nec vix quidem paululum progressa suscipit. ob tam pugnantia inter se, et diversum, affectuum, affectarumque partium indicia: quae fere vel removenda sunt. [illegible] Validiore cathartico repurgandum. Collecta purulenta illuvies [illegible] excludenda. Capitis distillatio cauteriis, vesicatoriis, occipitio appositis. Corpus [illegible] [illegible] quod superest curatio ad vel febrem, totius corporis extenuationem transfertur.

Cuius scopus ~~est~~ quantum medentis ars assequi potest, unius lactis alimenti, medicamentique, vim ~~[illegible]~~ [illegible], triplici substantia [illegible] [illegible] praesentissimum remedium perficit. qua pingue emaciata corpora reficit, imbecilliori etiam natura [illegible] alibilis. Qua ~~[illegible]~~ [illegible] expurgat, et natura deperditas carnis regenerandas potestatem facit; Cuius solius, non medicamenti opus est. Qua [illegible] [illegible] Mulsas potum [illegible] agglutinat. Lac ipsum calorem febrilem mitigat, siccitatem temperat. Adde circumfusi aëris siccioris inspirationem. [illegible] theriacas, mithridatii vel alterius [illegible], curationem absolvit.

Ergo Phthisi In lacte Praesidium.

Ponebat Richardus Marces Lutetianus. an. 1598.

Domini Doctores disputaturi.

M. antonius De Cappe Med. Reg.
M Joannes Duret Med. Reg. et Prof.
M. Guillelmus Lusson Med. Reg.
M. Joannes Grouft.
M Georgius Cornuty.
M. Egidius Heron
M Simon Pietre. Prof.
M Joannes le Moyne.
M. Petrus l'Affilé Med. Reg.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE